

cus, Adrasti arca [quam deposuit] in qua quid sit ignoratur; sed et olla aerea, <quam <Me>de<a> posuit>, in qua Pelias coctus dicitur; item Palamedis litterae, Marsyae <tibiae> itemque corium, remi Argonautarum <cum> [et] gubernaculis <et> brachia, cauculus quo Minerva sortita est de Oreste †ceravit una percomparasit† <ibi> palla pendet; quam si quis halitu afflaverit, tota patefit; <item> Penelopae tela. ibi de terra oleum scaturrit.

Argis in Achaia Iunonis templum magnifice ornatum, quod asylum vocant.

Olympiae templum Iovis nobile, ubi athletae initiantur.

Corintho ballaenae costa est magna secundum mare, quam homo complecti non potest. eodem in loco fanum est Veneris, in quo vas marmoreum Laidos.